



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniae, 1611**

Spiritales homines non proficere, eò quod parui faciant venialia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

COMMUNIONE. 189

& coniuncta sit cū contemptu, & quando homo negligit eam per pœnitentiã & contritionem corrigere.

S. Brigida, cui sæpè id fuit reuelatum, affirmat vehementer Deo displicere peccata venialia frequentata & contempta, eaque grauitè ab eo sæpè castigari.

PECCATA VENIALIA ESSE  
*noxia communicantibus.*

DOCTORES, & inter cæteros Tabiena in *Summa* tradunt quando quis non vult abstinere ab aliquo peccato veniali, aut ad communionem vadit cum actuali peccato veniali deliberatè, eum priuari effectū gratiæ Sacramentalis qui est proprius huius Sacramenti effectus. Gratiæ autem Sacramentalis est dulcedo quædam spiritualis, quæ deuotionem alit & vitiorum inclinationem debilitat. Hæc autem dulcedo potius experientia, quàm scientia discitur. Quod certè magni faciendum est, vt deuotio nimirum conseruetur. Atque hinc fortè fit, quòd multi, dum Sacramenta frequentant, non tamen hanc dulcedinem experiantur.

SPIRITUALES HOMINES  
*non proficere in spiritu, quòd parui faciunt venialia.*

100.

190 DE FREQUENT.

**D**OCTOR quidam postea quæstio  
ne, quid impediatur profectum in  
spiritu: Respondet inter alias causas ef-  
se unam hanc, quod parvi fiant peccata  
venialia. S. Bernhardus, cum dixisset,  
homines spirituales magni facere debe-  
re venialia, addit, ab ijs æquè desenden-  
esse, ac ab alijs mortalia.

QUOD PARVI FIANT VENIALIA,  
*origi ex paruo timore Dei.*

- Eccl. 19.* **S**. SCRIPTURA ait. *Qui spernit mo-*  
*met Deum, nihil negligit.* Et alibi. *Qui ti-*  
*met Deum, nihil negligit.* Qui ergo timet  
Deum, magni faciet peccata venialia.  
De ijs verò qui hoc timore carent, dicit  
Deus in in eadem scriptura, *Si non in ti-*  
*more Domini tenueris te instanter, cito sub-*  
*uertetur domus tua, id est anima tua.*

PECCATO VENIALI CON-  
*tristari spiritum sanctum.*

- Ephes. 4.* **S**. PAVLVS scribens ad Ephesios, in-  
quit, *Nolite contristare spiritum sanctum.*  
Quid verò contristat spiritum sanctum  
nisi parvi facere peccata venialia, qui-  
bus impeditur quasi spiritus sanctus, ut  
non possit operari in nobis, prout vult.  
Nam sicut peccatum mortale illum con-  
tristat, ita veniale contristat.

SE